

CARMEN
DEMAGISTRA
TV SVB QVO FE

LICITER FLOREAT RESPVB

Delumtum ex Lib. Proverb. Cap.

XXIX. Exaratum á

Iohanne Zdenko Czaſlauino, bonarum arti
um in Academia Pragenſi ſtudioſo.

ETE OSTICHON. (Labores.

OCtober Vt triPLICat ſepTeM IVper aXe

HaC IanVs patriæ ConſVLIt arte IVæ

I. G. á G. R.

*Ornatiffimo Iuveni D. Valentino
Thobia Zaterena. ſcolæ ſubſcripen
ſi in Nova Vrbe Pragenſi moderator
induſtriæ amico chariffimo*
PRAGÆ Excudebat Iohannes

Schumann. 1590.

Ad Lectorem,

Integer vitæ, scelerisq; purus,
Non eget laudis titulo, neq; avram
Nec decus captat populi, suamq;
Euehit artem.

Sine coelestes canat arte tractus,
Siue terestres reputet ruinas.
Siue viuaci celebret potentes

Laude Monarchas.

Crescet, in pratis velut arbor, huius
Fama, flagrantis jubar usq; Solis
Ignæ fundet radiata terris

Lumina flammæ.

Ipsa Zdenkonis similem meretur
Cura, famam, quæ micat inter omnes
Orbe mortales, velut inter ignes

Luna minores.

Edocet rebus quoniam Senatum
Optimis, defert patriæ decorem
Intimum, postquam vehit hanc sub astra
Laudibus amplis.

*Lector id munus cape, nec labore
Hunc, velut nacta vitulos leone
Vnguib; cunctos lacerant: maligno
Diripe dente.*

*Sic tibi presens aderit, cuiq;
Exitus votis tribuet secundos
Qui mare, & terras, varisq; mundum
Temporat hominibus.*



IOHANNES IVNIOR GRYLVS A GRYLLOV A RACONENSIS. F.

AMPLISS. VIRIS PIETATE PRVDEN-
tia & virtute præstatis. D. I. Hruza. S. C. M. Iudici
D. M. Iohanni Cypriano Miseni Primati, D. Basilio
Marcocio Sobieslavino, D. Iacobo Sixti Czaflauino &
toti senatorio ordini Reipub. Czaflauiensis. Dññ. &
patronis suis honorandis Diuinam in laboribus pub.
benedictionem & S. P.

Iohannes Zdenek Czaflauinus.

Est laus magna satis, satis profecto
Magna est laus, titulis locus nec ullus
Mundum muneribus nec est per omnem,
Dignior, meliorq; justiorq;
Versu concelebrare perpolitio
Labentis patriæ perenne nomen.
Atq; illud lepido referre versu
Ad cælum, loca perq; cuncta terræ,

Hac nam conditione quisq; nostrum
Est creatus & educatus: vltro
Vt Cœli dominum Deumq; toto
Amet Pectore, viribusq; cunctis,
Proximumq; suum pari favore
Quo se amat, redamet: iuuatq; lapsam
Verbis, consilio, labore, & omni
Conatu, patriam, & pium Senatum.

Præstitero viri decus relatu

A ij

Dignum

Dignum, ætas tulit antea cuncta quotquot,
Postquam pro patria necessitate
Vrgente, eximios periculorum
Calus, bellaq; & anxios labores,
Et sortis querimonias acerbæ
Constanti lubiæ mente, & omni
Iuere auxilio hostibus repulsis.

Ergo postquam aliquis mihi vacabat
Per densas locus occupationes:
Hoc feci, rude, ineruditulumq;
Nec comptum satis, & parum venustum
Carmen, nil minus id satis pudicum.
Quo possim patriam meam labantem
Exornare, referre & inter omnes
Laudatas Patriæ celebris vrbes:

Id vobis, (meliora dona defunt)
Fautores studij, Scholæ patroni
Mitto. Habete nec æstimate parui
Qualecunq; quidem, tamen niuali
Candore, & studio refertum amico.

Sic vestræ assiduæ precatione
Exopto omnia, fausta Ciuitati.
Sic vobis quoq; fausta cuncta cedant
Huic quotcunq; pij fauetis vrbi.

B. V. D. D. Collegio Regine Hedwigæ 21. Octobris,
M. D. LXXXV.

Vt so-

Vt tolet, indoctus, sulcator nauita ponti,
Fluctibus in medijs agitatam flectere nauim.
Dum subito irrupunt venti, stridente procella,
Et mare nunc spumis albescentibus astra lacepsit.
Et nunc inferni subsidit ad antra baratri,
Dum superest fuga nulla, labor dum deficit omnis.
Et se, fortunaq; suas vitamq; vehentem
Spemq; metumq; inter, dubio submergere ponto:
Sic etiam in populos cui est permisa potestas.
Iustitiæ, legumq; carens pietatis & osor,
Cui nihil est curæ præter custodia ventris
Argentiq; auriq; fames, Respub. nullo
Curatur studio, sed desolata labascit:
Sic, inquam, populumq; rudem doctumq; Senatum,
Vndiq; sic cinctam fossis & vallibus urbem,
Seq; suamq; domum, truculento subiecit hosti.

Nam penes hunc nulla est rerum prudentia, factis
Nullus honor superest, animo sapientia nulla
Insidet, & cordi meditatio vana reposta est.
Nempè quod à teneris flos dum fuit integer annis
Pieridum inuigilare focis sacrisq; Camænis,
Non mens vlla fuit scriptasq; euoluere leges,
Quas olim ediderat nostrorum cura parentum.
Has si peruigili studio voluisset, & acri
Ingenio, proprium solers vertisset ad usum:
Et premere imperio & laxas dare fœdere certo

A iij

Pruden

Prudentiq; animo populis potuisset habenas?
 Ergo necesse alijs præsint, qui multa per annos
 Assidue multos experti, quiq; perennes,
 Pro patria non sunt veriti sufferre labores,
 Iustitiam qui spontè colunt qui sacra tuentur
 Tempia, forum, & pulsas toto ex Helicone Camænas.
 Horum vita Deo, nec non prudentia, plùs quàm
 Argentumq; aurumq; placet, tales sibi charos
 Comprobat esse, suos tales compellat amicos,
 Hos Salomon sapiens olim sermone disertò
 Descripsit, quibus in tuto Respub posset
 Stare statu felix rectoribus atq; Magistris:
 VIR malus & blanda exercens mendacia lingua
 Atq; scelus meditans sub pectore grande maligno,
 Si non perpetuo ex animi cordisq; profundo
 Diliget hunc, qui vera monet, qui tractat honesta,
 Irrita ventosis dabit ast præscepta procellis,
 Excutietq; jugum, & proprii pia iussa Magistri
 Exuet, aduersos flectetq; per auia gressus:
 Hic cadet ante diem, vocem & cum sanguine fundet
 Extremam, ac imas Erebi descendet ad umbras.
 Et meritò. Quoniam nec jus nec sancta sagaci
 Euoluit præscepta animo, nec præbuit ipsis,
 Ceruicis duræ, faciles monitoribus aures.
 Nam postquam in terris iustorum ac turba piorum
 Crescit in immensum, vires dum carpit ab omni

Parte.

Parte bonas, facilis subito nec fluctuat astu:
 Qui terras habitat, populo, jam nube repulsa
 Tristitiæ latos hilarant sic gaudia vultus:
 Sed postquam imperij lœptra & moderamina sumunt
 Lingua quibus sæuo proscindit acutius ense,
 Quos iter erroris tenet, & de tramite recto
 Impia peruersæ flectit contagio turbæ,
 Fert grauius populus, terramq; polumq; lacessit
 Vocibus, atq; ferit varijs vlulatibus auras,
 Et regit incultos saccis squalentibus artus,
 Mens præsaga mali præsenti adesse ruinam.
 Atq; foro, atq; Scholæ, & templis fulgentibus vrbisq;
 Ipsorumq; bonis, nato rectore nefando.
 Quippe vir ingenuus, cui est sapientia cordi,
 Impietas cuius, nec prauus credulus error
 Deturbare queunt recto de tramite gressus,
 Est populo, patriæq; parentibus, & magnis Dîjs,
 Illi parca secet si stamina longa, decori:
 Sed qui scorta fouet, maculat qui crimine vitam
 Impuro, cernitq; malum, crimenq; tuetur:
 Illius è fundo substantia tota peribit,
 REX pius, auratis ambit quem gloria pennis.
 Cui cordi est semper reuerentia juris & æqui,
 Et quæ præcipitem, Clementia, temperat iram:
 Protegit & populos & terram pròtegit armis,
 Ipse hostes ferro incautos, ipse impia sternit

Agmina.

Agmina: fraude (celus ne fors, ne robur aperte
 Exitium populo rebus portendat in arctis.
 Sed qui diuitijs soli incubuere repertis
 Spemq; suam in questu, lucro & posuere nefando.
 Hi non ædificant, sed fundamenta reuellunt,
 Et Patriam & ciues faciunt mala multa subire
 His est vir similis vita super omnia talis,
 Qui loquitur blandè verbis non corde profectis
 Cum socio, scelus at meditatur corde sub ipso.
 Hunc premit, insultatq; malis, miserumq; proterus
 Vocibus illudit probra & conuicia spargit.
 Et sine laude perit, populo premiturq; frequenti,
 Conteritur triuijs cænum cæu turpe lutosus.
 Sera sed agnoscent venientum sæcla nepotum.
 Inuida delebunt obliuia corde nec vnquam
 Iustum & mansuetum, domini cui iussa verenda
 Semper sunt animo præsentia, nescia flecti,
 Promissi syncera fides cui comminus adstat.
 Pauperis hic etenim, sapienti doctus ab arte,
 Nouit iter, causamq; tenet: curuosq; secutus
 Impius anfractus fraudum nil percipit horum.
 Nam, velut obtegitur talari corpus amictu
 Obsitus ille scatet vitijs sic, fraudeq; multa.
 Sic illi in cunctis affunditur intestinis,
 Sicut in ossa oleum, ac in viscera ut vnda penetrat.
 Dissipat hic totam fossis cingentibus urbem,

Dissi

Dissipat, & ciues furibundo subijcit hosti:
 Sed sapiens Rector, veræ & pietatis amator
 Principijs obstat, vulgiq; hostisq; furorem
 Auertit, pacemq; vrbi populoq; reducit.
 Illi cum stulto commercia nulla supersunt,
 Nullus amor, nulli sermones, deniq; nulla
 Consilia, & nullum rebus solamen in arctis.
 Nam licet ira coquat penitus præcordia contra,
 Et licet ira sinat penitus præcordia contra,
 Inueniet requiem nullam, nullumq; laboris
 Accipiet munus: nisi munera propria mortis,
 Innumeris quæ dat sua qui sub castra trahuntur:
 Quippe viri, populi gaudentes sanguine fuso,
 Afflictos miserisq; procaciter insultantes,
 Oderunt odio talem cane pejus & angue,
 Cui manus & mens est insons, qui simplice sentit
 Cuncta animo, proprio nec pectore vana volutat:
 Sed iusti exoptant talem, talemq; requirunt,
 Hoc super exultant, memori hunc sub corde reponunt.
 Nam scelerum furijs agitati tempore stulti
 Perpetuo mentis cum robore spiritus exit:
 Sed sapientis, opes veluti seruantur in arca
 His ut subueniant miseris si fortè necesse est:
 Sic seruatur, & omnigenos firmatur ad vsus
 Attentas princeps aures si subrigit illi,
 Ambiguas passim didicit qui spargere voces

Impius

Impius hic poterit dici, diciq; maligni
Ipsius ad mensam qui stant recto ordine serui.
Extra recta viam carpebat creditor olim
Visendi studio vernantia prata rosetis,
Atq; agros Cerere, atq; vuis vineta, rosilq;
Hac faciebat iter pariter, cum pauca relictis
Iugera ruris erant, non vlla armenta gregesq;
Lanigeri, gnarus duos perferre labores:
Nil minus auxilio qui stat cum paupere dexter,
Sic stat & auxilio dexter cum diuite, & huius,
Et simul illius Dominusq; paterq; vocatur.
Verum ita si pauper, grates memor ore sonabit,
Et cætu in celebri laudes & concinet acta,
Acta suprema Dei sacrata tradita lege
Si Rex iustitiæ custos fuerit, legumq; sacrarum,
Si viduas, quarum morbo perire mariti
Atq; orbos curabit utroq; parente pupillos,
Impia si extremas disperdet facta per oras,
Ut nullo scelerum stirps nulla repullulet auo:
Hunc Deus electum miro amplectetur amore
Oblitus scelerum, & violati fœderis olim.
Huic decus attribuet Diuinum, dicere postquam
Ius veniet rigidum, scelerisq; coarguet orbem.
Rex sit in exemplo cunctis, quibus imperat armis,
Consilioq; graui, ne tantum corporis huius
Sit custos, tegat atq; suos, vim viq; repellat:
Sed magis æterni seruet præcepta parentis

Inculcetq; suis monumenta sacrata, piisq;
Instituatur cultus, sit veri & cultor honesti.
Huius quippe labor Diuino proximus esse
Fertur, & officium simili ratione probatur.
Doctrinam ergo velut sacram Deus ipse tuetur:
Sic, quos Diuina dignatus voce vocari,
Hanc decet assiduo vigiliq; labore tueri
Utq; Deo soli discant seruire, suosq;
Hoc faciant pariter, verbis hortentur, & aspris,
Ni parere velint, sed iussa hæc spernere, pænis.
Ergo sub his, verum est florere forumq;, Scholasq;
Templaq;, qui vitam studio excoluere per omnem,
Iusticiam qui sponte colunt, qui vera sequuntur,
Quos penes est virtus, est & sapientia dulcis.
Qui patriam rebus defendunt semper in arctis,
Ne vel religio, superi vel dogma parentis
Discedat procul, & terras pellatur in omnes.
His similes, Deus omnipotens, qui pectora nouit
Cunctorum, ut tribuat nobis, præce tempore cuncto
Sollicitandus erit, suprema & voce vocandus,
Sub quibus ingenuis dare tempora sacra Camænis
Possimus, sancti & pia iussa capessere verbi.
Sic laus inde Deo surget, decus inde perenne
Surget, & hunc grato cœli super æthera cantu
Nomen & ipsius tollent iuuenesq; senesq;,
Ignea dum cœli lustrabunt sydera terras.

ORATIO
SALOMONIS
REGIS IYDA PRO SAPI-
ENTIA HABENDA, EX LIBRO
Sapientiae capite 9. reddita Græco &
Latino carmine.

à
IOANNE IVNIORE GRYL-
lo à grylloua Raconensi, alma Aca-
demia Pragensis studioso.

Prouerb. 2.

Si sapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentia, si qua-
sieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam: tunc intel-
liges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies, quia Dominus dat sa-
pientiam: & ex ore eius prudentia, & scientia.

PRAGÆ,
EXCVDEBAT GEORGIVS NIGRINVS.
Anno M. D. XC.

Valentino Thobia Zateceno Rectori Scholæ
Subrugensis amico optimo autor dat.

